



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XL. Saltationes inter Christianos non esse ferendas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

In *EPILOGO hortaberis Auditores*, ut non solum ipsi, hodie fortassis tribunali Dei præsentandi, os ad blasphemiam adversus omnipotentem nunquam aperiant, & simulatque tentationem vel cogitationem blasphemix in animo suo exoriri sentiunt, eam confestim in ipsis principiis, tanquam ignis infernalis scintillam, excutiant; sed etiam in aliorum blasphemias graviter animadvertant. Ut cumq; enim in nostra injuria mansuetudinem exerceamus, tamen Dei injuria, quæ fit per blasphemiam, nullo modo ferenda est, Moyses; *mitissimus hominum super terram*, in suis injuriis sustinendis prædicatur, ut liquet in contumeliis à fratre & sorore ei illatis. At in vindicanda Dei injuria acerrimus fuit. Etenim cum populus eo absente vitulum aureum fabricasset, & pro Deo suo adorasset, illam insaniam cernens, *primò tabulas Legis à Deo acceptas, ad radicem montis confregit*: deinde vitulum illum *combussit, & contrivit in pulverem*, quem sparsit in aquam: tum ex illo pulvere *potum filiis Israel dedit*. ut eò magis vitulum suum horrerent. Aaronem fratrem acriter objurgavit, & ad populum clamavit: *Si quis est Domini, jungatur mecum*, moxque ait: *occidat unusquisq; fratrem suum, & amicum, & proximum suum*. A deo vehemens Moyses fuit in vindicanda Dei injuria.

*XL. SALTATIONES ET CHOREAS  
inter Christianos non esse ferendas.*

**I**N EXORDIO dices, quòd suus honestis delectationibus & recreationibus relinquatur locus, & doctores quidam non improbent choreas moderatas in nuptiis honestis, aliisve privatis amicorum conventibus institutas.

*C. Presbyter, In PROPOSITIONE: Te tamen ostensurum longè securius esse, in totum ab illis abstinere, non solum*

*Num. 12.  
v. 3.*

*Exod. 32. 19.*

*C. Presbyter,  
dist. 34. ex c.  
Laud. c. 26.*

solam Clericis & Religiosis (quibus lege Ecclesiastica vetita sunt) sed etiam secularibus.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS *ab inhonesto*, quod choreæ, omnesque id genus vanæ & leves recreationes, è diametro pugnent cum hominis Christiani professione. Nam PRIMÒ, quilibet Christianus in Baptismo abrenuntiat Satanæ, & omnibus pompis eius. At SS. Patres inter pompas Satanæ choreas numerant. SECUNDÒ, quia Christus iis, qui discipuli sui esse volunt, tradidit omnino contraria, luctum, fletum, &c. *Si quis vult venire post me, &c.* Matth. 16. v. 14. Luc. 13. v. 24. Matth. 5. Luc. 6. v. 25 ut & Paulus (Heb. 12. v. 11.) & Petrus Epist. 1. c. 2. v. 21.) & Joannes (Epist. 1. c. 2. v. 15.) & Jacobus (c. 4. v. 9. fecerunt: imò hi ipsi verbo & exemplo docuerunt gaudendum & tripudiandum esse in adversitatibus. Matth. 5. v. 12. Act. 5. v. 41. 2. Cor. 7. v. 4. 1. Pet. 4. v. 13. Jac. 1. v. 1.

II. LOCUS *à natalibus*, seu *causis saltationum inhonestis*, sunt enim genuina proles carissimorum peccatorum idololatriæ, (Exod. 32. v. 6. gulæ & scortationis, idque inter eos, qui per fractis omnibus timoris Dei repagulis, ad omnem licentiam & luxum viam sibi effreni prorsus lascivia semel aperuerunt. Ebrietatem certè choreæ comitantur saginam subsequuntur.

III. LOCUS, *ab incommodis vel effectis*. Nam PRIMÒ, nunquam tam moderatæ esse posse videntur moraliter, ut omnes occasiones & pericula delinquendi absint. *Qui autem amat periculum*, inquit Sapiens *peribit in illo*. Quotusquisque enim tam cautus & circumspectus esse poterit, qui in magna convivii latitia, in mulierum puellarumque confesso, vel conspectu, vel auditu, vel osculis, vel loquacitate, vel vanæ gloriæ aucupio, fastu, invidia, detractio- ne, non crebrò labatur, & peccet? Concinna profectò & operosa saltatio amatorix scholæ

*Scriptura*  
lumbis non  
præcinctis es-  
se volunt,  
mundum di-  
ligere prohi-  
bent, odisse  
illum, ju-  
bet, & mor-  
tificanda  
membra  
quæ sunt su-  
pra terram  
& carnem  
crucifigen-  
dam, &c.

Syr. 3. v. 27.  
Ex minima  
scintilla in-  
cendium ma-  
ximum.  
Prov. 6. 27.  
Nunquid  
potest, &c.  
Syr. 9. v. 4.

eum salta-  
trice, &c.  
Chrysof.

Hom. 40. in  
Matt. Vbi  
saltus lasci-  
vus, ibi dia-  
bolus, &c.  
Sermo, vi-  
sus, incessus,  
detegunt  
quid in ani-  
mo lateat.  
Syr. 19.

rudimentum est, & obscenarum cupiditatum fa-  
ces accendit; imò est pharmacum ex omnibus ve-  
nenorum speciebus auctore Satana confectum,  
quod semel exhaustum; intima usque tentat præ-  
cordia, Dei metum extinguit, turpibus animum  
affectibus succendit, sensus omnes fascinat, atque  
eiusque intervertit, ut quasi omnes simul ad in-  
vehendum importandumque in animam pecca-  
rum conspirent: est denique mare, in quo anima  
plenis libidinum velis liberrimo cursu raptata cir-  
cumfertur. Adhæc totus ille saltantium strepitus  
est ostentatio triumphantis Satanae de totidem  
animabus devictis, atque sub jugum cupiditatum  
missis.

IV. Locus ab exemplo Romanorum, qui cum adhuc  
Ethnici essent, saltationes summo odio prosequen-  
bantur, ut videre est apud Cicer. pro Murena, &  
pro Dejotaro Asiae Rege, qui ad Cæsarem delatus  
est, quod in convivio saltasset.

V. Ab exemplis eorum, qui ob choreas pessimè pe-  
rierunt, de quibus consule Theatrum Vindictæ  
Divinæ. Job. 21. v. 11. Tenent tympanum, &c. Esa. 2. v.  
16. Plaudabant, &c.

VI. à Comparatis: Rîsus non facile gravem perso-  
nam decet, ergo multo minus saltationes & pe-  
dum jactationes. Certè forma ipsa saltationum  
gravibus, modestis, & mente constantibus perso-  
nis indecora est. Motus illi omnes, & jactatio cor-  
poris, atque gesticulatio impudens, omnino ipsi  
naturæ ordini repugnat.

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut cogitent  
quos mores postulet Christianorum professio,  
etiam à minima specie peccati nobis absti-  
nendum esse, &c.